titulis victus, et vestitus &c.

Per fabricā intelliguntur tecta, septa, et nonnulla minora lignea aedificia, quae ut pote non adeò durabilia, frequenti egent restauratione.

Per supellectilem intelligitur supellex Sacelli, Refectorij Cusinae & ut verba sonant.

Per infirmariam, medicinae, Chirurgi, medici.

Per Bibliothecam, et debitorum & solutionem similiter ut verba sonant.

Per varia intelliguntur ea, quae titulis praecedentibus non includuntur, ut sunt equi, pabulum equorum, currus, ferramenta varia, et his similia minutiora, quae latinè vix exprimi possunt, aliqua verò nominatim hic explicare, minus videretur urbanum.

Alumni nunc actu iuxta praefixum à S. Cong.ne numerum sunt viginti quatuor facti Presbyteri finitâ morali Theologia, ad laborandum in Ecclesia Dei sunt expediti, duo Vicarios, et duo agunt Commendarios; In horum locum alij quatuor lecti operam dant studijs; et quidem annis superioribus non licebat admittere ad hoc Seminarium Pontificium nisi eos, qui statim vel Philosophiae, vel Theologiae Scholasticae aut morali applicari possent; Nunc verò Pater Regens satagens complere numerum Alumnorum praefinitum, et cernens penuriam